

Despon-
satio
Christi
& illius
fructus.

Virtutū
catena.

Spiritus est. Quid est autem spiritū Christi habere, & cum illo conspirare, quā eundē sensum & animum idemq; cor habere? quæ cōspiratio & cōsensus, nihil est aliud nisi vita nova, sãcta, nobilis, cœlestis, spiritualis, & heroica Christi in nobis. Item 2. Cor. 6. *In Christo est nova creatura, vocans in Christo esse, nō tantum in illum credere, sed & vivere in ipso.* Item Hoseæ 2. *Sponsabo te mihi in sempiternū, in fide spōsabo te mihi.* Quæ sane aliud nihil significant, quam hominem cum Christo penitus & spiritualiter uniendum; sic ut ubi fides est, illic Christus; ubi Christ⁹, illic vita ipsius in homine sit; ubi vita Christi, illic charitas; ubi charitas, illic ipse De⁹ (nā *Deus est charitas*) & Spiritus sanctus existat. Omnia enim cōnexa sunt, & concatenata; nec aliter cohærent quā caput cum membris, & causa cum effectis. Quam connectionem fidei & vitæ B. Pet. Ep. 2. cap. 1. repræsentās scribit. *Vos autem curā omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutē, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fra-*
terni-